

De litera

Vigor. A rigeo ges. dī hic vigor goris. i. vimacitas & tūs firmitas fortitudo. Et hinc vigorosus sā. sum. i. plenus vigore. & cōpat. vñ hec vigorositas tis.

Vileoles. in vilis vide.

Vilis. a villa dī hic & hec vilis & bī le. qz nullius urba- nūtatis est. i. abiectus despectus. & cōpat. vñ hec vilitas tis. Vilis ppo. cum qz. & dī qz vilis. i. valde vilis. Tam- uilis. Itē vilfacio tis. villico cas. vilipēdo dis. Item a vilis dī vileoles. lui. lere. i. esse vel fieri vilem. vñ vile- scis. inchoa. Et cōponis aduileoles. vñ aduilesco scis inchoa. Conualeoles vñ conualesto scis. Dīvileoles. vñ diuilesco scis. inchoa. i. multis & diuersis modis vilere. Euileoles. i. valde vilere. vñ euilesco scis. Re- uileoles. i. iterū vilere. vñ reuilesco. Vileoles est neu- trum cum suis cōpositis & caret sup. & pdu. vi. vñ Eso- pus. Nobilitat viles frons generosa dapes. Itē Ania- nus. Scire sūt vilet qui sapit atqz silet. & scribit p vñū. Lsed villa le. p duo. Et scias titus liuins dicit. Vilu- boim est alios viles facere. & qui ex merito suo alijs pla- cere nō pnt saltē placeant cōpatōe peiorum.

Villa. a vallis dī hec villa le. qz vallata. qz valjata sit solū vallatōe. vallorū. & nō munitōe murozū. vñ villgn̄ na. nū. pnf. pdu.

Villicus. in villicus exponit.

Villicus. a villa dī hic villicus ci. pprie ville guberna- tor est. vñ dī villicus qz villa custos. Sed qnqz villic⁹ dī dispēsator vniuerse domus & oīm possessionū & vil- lafum. Un̄ hec villica ce. yrōz villici. vel qz tale officiū exerceat. Itē a villicus dī villicor̄ caris. vel villico cas. vñ in euāgeliō luce. Jam em̄ non poteris villicare. sed fm̄ modernos potius in depo. ge. dī villicor̄ caris. i. vil- le curā gerere. & generatiter oīm possessionū & familia- riū rerū. & villicare seu villicari officiū villici exerce- re & cor. li. fm̄ hug. pris. & o dicit. A villicus etiā villico vel villicor̄ dicebant antiqui.

Villosus. a vili dī villoſus sa. sū. i. villis plen⁹. & ppat

Villula le. dī. pua villa.

Villū. a vinū dī hoc vinellū li. dī. & hoc villū sīr dī. et vt dī. pris. in. q. li. In nūs vel na. nū. desinentia si faciūt

Denis 699

[Wien: Singrieners Erben 1547
Knapp nach d. 26. Jaz.]

D. III. D. 14.

PHOENIX SIVE
LVCTVS AVSTRIAEC
OB MORTEM,
INCOMPARABILIS HEROINAEC
D. ANNAE QVIRITIVM,
PANNONVM, AC BO-
HEMORVM REGI-
NAE, ETC.



MAGNIFICO DOMINO, D. SIGISMVN-
 DO LIBERO BARONI IN HERBER-
 STAIN, GVTTENHAG, AC NEIP-
 PERG, CONSILIARIO, CA-
 MERARIO, AC AERA-
 RII AVSTRIACI
 PRAEFECTO
 REGIO, &c.

Cui mittam breue muneri poëma,
 Ab incude recens mea profectum
 Sigismunde: tibi, qui ineptiarum
 Admirator es vnicus mearum.
 Delectant alios ioci procaces,
 Infamis placet aleæ quibusdam
 Ludus, & sua tædij leuandi
 Cuius est ratio: At tibi omne tempus
 Quod est publica ab occupatione
 Relictum, teritur venustiorum
 Scriptorum aut, baro, lectione vatum.
 Ergo dum vacat à tuis negotijs,
 Et voles male collocare tempus.
 Aut vitare meridianationem,
 Istud perlegito meum poëma
 Atq; æqui facias bonicq; quæso.

Io. Ludouicus Brasicanus
 I. V. Consultus



DS-2020-2780

PHOENIX
SIVE LVCTVS AVSTRIAEC,
OB MORTEM
INCOMPARABILIS HEROINAEC
D. ANNAE QVIRITIVM, PAN-
NONVM, AC BOHEMO-
RVM REGINAEC
ETC.

Prima cicatricem vix duxit plaga supremam,
Vulnere cum ferior sanguinolenta nouo,
Nec defleta modis satis est mihi filia dignis,
Cum mater lachrymas postulat ipsa nouas.
Non ita consternata fui, nec territa damno,
Seu mihi quod pestis, seu mihi Turca dedit.
Quām modo Reginæ me mors perculsit acerba,
Mors mihi flebilibus testificanda modis.
Indulgere iuuat lachrymis, nec turpe putabo
Plangere foeminea tristia corda manu.
Hoc fatale mihi est, vexari fluctibus atris,
Nec tamen aduersis succubuisse malis.
Sic tolerata mihi vix est tolerabilis hostis
Omnia grassantis per mea membra manus.

A ij Sic

Sic tolerata lues vix est tolerabilis atq;
Sæua peregrini militis ira mihi.
Sicq; locustarum vis ingluviiesq; nocentum
Vix toleranda, tamen dissimulata mihi.
Nec tamen ad lachrymas conuersa leuesq; querelas
Officijs egi non aliena meis.
Nunc animi est erepta mihi sententia constans,
Vix tueor partes nunc male firma meas.
Quosq; animo gemitus compressi moesta virili,
Principis expressit mors mihi sæua mex.
Heu quid ago infelix, fatisq; exercita diris,
Accessit nostris vis cumulusq; malis.
Ad Scythicum conuersa Polum septemq; Triones
Cur istibes sæuas mors violenta manus?
Collimanda tibi sunt isthuc spicula, namq;
Vxor erat stygio dignior illa loue.
Ecquid in iniisas non sumis dira nouercas
Tela, quid iniisas non rapis ipsa socrus?
Vixerit Aonio sic illaudatus Homero
Thersites, viuat sic sibi quisq; malus.
Omne capax rapit vrna caput discrimine nullo.
Nec refert fuerit albus an ater homo.
Omnia dissimili similis Proserpina fato
Eripit, humanum nil miserata genus.
Nec, mihi crede, aliquid mortalibus immortale.
Hac sumus in sola conditione pares.
Cætera Di meliora tibi Regina dedere,
Quæ sermone libet commemorare breui.

Interca

Interea lachrymæ cessate grauesq; querelæ,
Et uacet à gemini summa virq; pio.
Arcessenda procul m hi sunt exordia rerum,
Et series Regum longa petenda procul.
Hinc abauos, at auolq; placet, clari olq; parentes,
Et placet à matris ducere stirpe genus.
Gedemine antiquo deducta megitane proles,
Vna fuit Olgird, altera Kestud erat.
Olgirdæ soboles est masculina lagello,
Qui sacro ablutis postea rore fuit.
Atq; Wladisllaus mutato nomine cictus,
Sarmatiæ tenuit ditia Regna diu.
Filius huic Casimirus erat Rex impiger armis,
Qui latè patriam rexit, & auxit humum.
Cui plures natæ, cui sextus masculus hæres,
Sarmatiæ summam qui tentiere diu.
Mentio digna suo de natis tempore fiet,
Natarum series sed referer da prius.
Per quas affini coniuncta Alemania vinclo,
Quam lambit tumidis Rhenus, & Ister aquis.
Anna Boguslai est Pomerani principis vxor,
Barbara Saxoniaruupta puella duci.
Regulu Heduigin Boiorum magnus habebat,
Vnde Palatinæ lumina multa domus.
Legnitio Elisabetha duci deducta marito,
Huic genti lumen contulit atq; decus.
Vni nomen erat Sophiæ, quæ nupta dynastæ
Brandenburgensi prole beata fuit.

A ij Cæsaris

Cæsarî optandi cui cura est credita genti,
Plena hæc principibus præsulibusq; domus.
Ad fratres redeo clarissima lumina mundi,
Præcipue ad patrem Pannonis Anna tuum.
Pannoniæ huic vltro regnum dota'e Beatrix
(Grande Beatricis nomen & omen habes)
Obtu'it & regni procerum officiosa voluntas,
Ah quantum est illo regnum habuisse modo?
Rursus Alexandra est Olgirdæ filia nupta
Masouïæ quondam dux Semouite tibi.
Ex quibus Ernesti Cimburgis edita coniunx
Fridricum Imperij protulit alma caput.
Hinc sacer, hinc profacer, leuir, hinc charusq; maritus
Plurimaq; hinc soboles, quod benè uertat, adest.
Nec tibi Moscouïæ gens inficianda niualis,
Ex hoc nobilitas est quoq; clara loco.
Kestudes etenim Olgirdæ germanus in illam
Insertus gentem multa trophæa tulit.
Hoc patre Vitoldus dux est procreatus, & illo
Lituaniæ princeps tempore magnus erat.
Vnica, ni fallor, cui filia tradita Mosco,
Et desponsa duci vixit Anastasia,
Hinc ambo Basilij diuerso tempore & inde
Ioannes vario tempore vterq; fuit.
Sarmaticum affini non solum limite, verum
Sanguinis attingis proximitate genus.
Nec vitio frater dabitur, qui dulce putauit
Pro patria, in patria, cum patriacq; mori.

Triste

Triste rudimentum belli, Rex induit arma,
Arma tyrocinio non satis apta suo.
Cedite nunc Decij, procul inde faces sito Curti,
Rex horum laudes clarus & huius habet.
Nec laus Elisabethæ auiae reticenda paternæ,
Qua non nobilior fœmina nata fuit.
Illi Cæsar auus, proauusq; abauusq; atauusq;
Pannoniæ frater, Rex fuit atq; parens.
Sarmatiæ coniunx rector, sex ordine nati
Succedunt, tenet hec nunc quoq; regna nepos.
Coniuge quid potius dicam, uel fratre mariti?
Sarcina vix humeris hec satis apta meis.
De quibus est dixisse nihil, quam dicere pauca,
Forsitan & satius conticuisse fuit.
Alter ad occasum populos regit, Alter ad ortum,
Et fermé ambobus paret vterq; Polus.
Hoc satis est dixisse mihi, sed dicere plura
Alterius fuerit grande laboris opus.
Nec capit hos succincta breuisq; angustia chartæ,
Quorum regificas vix capit orbis opes.
Immemor incepti tristisq; oblita decori,
Ad natos venio Sarmatis Anna tuos.
Hic mihi lætitiae veniam da Diua licentem,
Erumpunt toto gaudia corde mihi.
Non possum gemitus simulare, grauesq; querelas,
Sit licet incepto res aliena meo.
Tollite ferales, lugubria signa, cupressus,
Atq; parentales exequiæ ite procul.

Ne crite

Nectite victrices circum mea tempora laurus,
Vix memini, si quid flebile passa fui.
Vsq; adeo generis spes inclyta, mascula proles
Austriacæ columen me fouet atq; domus.
Vos Patrui auspicijs victoria signa sequuti
Inuisum Christo tollite quæso genus.
Vos Patris auspicijs victoria signa sequuti
Afferite afflictam gnauiter Hungariam.
Conatus equidem nihil hos remorabitur vñquam,
Interno impendet nullus ab hoste timor.
Suppositas cineri prunas, flammæsq; doloso
Extinxit vester Patruus atq; Pater.
Fallor: an à lœua foelici lapsa volatu
Confirmat volucris vota precesq; meas?
E diuerticulo repetendus sermo, nec extra
Propositi metas ire sinendus erit.
Quid referam natas & fœmineum comitatum,
Atq; puellares, numina vera, choros.
Vix totidem ancillæ Reginis sæpe sucre,
Aluo Reginæ quod prodiere tua.
Atq; alias agitat regnandi dira libido,
Nota sed exemplis res odiosa datis.
Sollicitat belli nonnullas cura gerendi,
Præcipue regnum quo muliebre loci est.
Faustinas aliæ referunt, matremq; Neronis,
Est quoq; cui placeat trux Cleopatra nimis.
At tibi nulla fuit regnandi, nulla minandi,
Nulla extorquendi sœua libido fuit.

Quamuis

Quamuis dotalis sublatae ad culmina regni.
Conditione fuit mens moderata pari.
Tu telas, non tela, nec arma cruenta, nec arcus,
Non profecturis iictibus oppositas.
Sed bona tranquillæ curasti commoda pacis.
Irarum fugitans, atq; quietis amans.
Regibus vxores, tot reginisc; maritos,
Atq; orbi dominos te generasse sat est.
Imperitent aliae preter muliebre decorum,
Te pensis famulas non onerasse patet.
Adde supradictis maternæ stemmata stirpis,
Addeq; Gandalidos clara trophæa domus.
Principe Gandalio tua prodiit Vascone mater,
Complures habuit virgo pudica procos.
Illa Vladissao tandem desponsa marito,
Transegit vite tempora lœta suæ.
Tertius exierat selsqui & millesimus annus
Bisq; decem, Iunij tresq; fuere dies.
Quando ope Lucinæ genetylidos implorata,
Anna parens natu est exhilarata tuo.
Imposita est capiti matris, de more, corona,
Bis denis vitam mensibus ante tuam.
Buda fuit natale solum, sed Rhetia nutrix,
Qua fremit alpinis turgidus Oenus aquis.
Cæsaris hic studio est educcta sororia tecum,
Nubilis est donec vtraq; facta viro.
Iam me virtutum vix enumerabilis ordo,
Atq; vrget meriti gratia multa tui.

B Quid

Quid primum mediumue loquar: quæ in fine locabo
Ornamenta tuæ rara pudicitia?
Ambiguam faciunt, & copia & optio mentem,
Nunc placet hæc virtus, nunc placet illa magis.
Ac velut in prato considens virgo virenti,
Quæ fons muscoso prosilit è lapide.
Nunc varios molli decerpit pollice flores,
Aut Narcisse tuos, aut Hyacinthe tuos.
Candida luteolis nunci iungit lilia calthis,
Lilia puniceis mista papaueribus.
Nunc violas, cythisos, thyma nunc fragrantia carpit,
Purpureas tenero nunc secat vngue rosas.
Attamen in dubio est, non illud, nec magis illud
Eligit, & numero copia maior adest.
Nec quod præponat, nec quod postponat in arcto
Hæret, & optatis ambigit ipsa suis.
Interea ut dulci sertum mittatur amico
Efficit, ut folio vericolore siet.
Sic mihi per medias & eunti res & ituro
Corporis, aut animi, fortuitiç boni.
Anna tuæ nullo dotes sunt ordine dictæ,
Attamen hæc vnu singula fascis habet.
Non bene principium posito reperitur in orbe,
Nec finem ductus circulus ullus habet.
Sic tua continuo virtus stat in ordine certa,
Quæ nullum finem principiumç tenet.
Digna tamen species regno fuit ista tenendo,
Rege fuit dignus corporis iste decor.

Multus

Multus in ore lepos, in corpore multa venustas,
Maiestas oculis & reuerenda tuis.
Matronale decus, fuso procul atq; colore,
Qualia mentitus inficit ora color.
Multi feri vites laudantur palmitis, & qui
Depositum multo foenore reddit ager.
Et sterilis veteri culpata est foemina lege,
Fertilitas summo semper honore fuit.
Pappia priuatis fuit & poppaea timori,
Dicta maritandis lex fuit ordinibus.
Omniparens natura suum de germine nomen
Dicit, & a foetu dicitur ipsa suo.
Et tu Cæsaridum mater Regumq; ducumq;
Egregiam laudem fertilitatis habes.
Nam tua terquina lætata est regia prole,
Immo ego terquina prole beata feror.
Atq; vtinam sterilis quam sic fecunda fuisses,
Jam fueras parta prole beata satis.
Nec moriens Regina mihi damnosa fuisses,
Interitu tantum quod foret abscq; tuo.
Namq; aliam pro te moriens Regina dedisti,
Nata tuam interea vixerit illa vicem.
Ac veluti Phœnix de morte renascitur ipsa,
Atq; ipsam sese dum parit, ipsa perit.
Sic tu cum viuam sobolem moritura relinquis,
Immortalis eris morte renata tua.
Pertinet ad laudes pietas tua cognita diuis,
Notaq; pro populo sunt pia vota tuo.

Te

Te veniente die, te decedente precantem,
Certa fides sacris inuigilasse libris.
Acceptam precibus refero votisq; salutem,
Quicquid id est quod sum, sum pietate tua.
Ah quoties stricto molitus acinace plagam
Turca, tua nocuit nil mihi abactus ope.
Ah quoties dubij euasi discrimina Martis,
Ploratu ad superos Anna sequestre tuo.
Sic tuus insidias coniunx dominusq; latentes,
Atq; hoc vitauit certa pericla modo.
Imperi rebus dum consulit, & vagus illac,
Nunc hac suspectis itq; reditq; vijs.
Vel dum vectus equo salebras, perq; inuia telqua,
Obuius horribili non timet ire feræ.
Dij superi nostrum seruate ante omnia Regem,
Vitaq; principibus gloria sitq; meis.
Non superos tantum, sed flectere docta fuisti
Humanos etiam supplice voce loues.
Ah quoties meritæ fecisti ignoscere culpac,
Commotum iusta cum ratione virum,
Pro miseris nullas oratrix passa repulsas,
Nec pro supplicibus ambitiosa reis.
Regia sic fratrem, sic placat luno maritum.
Iam iam missurum tela trisulca louem.
Sic complexa trucem mollit Venus alma Gradiuum.
Atq; iras reprimit delitiosa graues.
Carceris atq; aliquis tetro squalore situq;
Et pressus manicis compedibusq; diu.

Quærit

Quærit opem Regina tuam defuncta p̄cessq;,
Atq; operam expectat nunc quoq; diua tuam.
Dotibus ingenij fueras quoq; prædita multis,
Quas ingens fuerit enumerasse labor.
Nec socialis amor mihi commemoranda fidesq;,
Non erga dominum mutua cura tuum.
Frigora, nec glacies, non æstus solstitialis,
Non nix, non pluviæ, non lutulenta via,
Non grauis Autumnus, nō nimbi, non grauis Auster,
Quæcq; æstas oculis puluerulenta nocet,
Te domino auillere, nec auillere marito,
Abstraxere viro fata sed atra tuo.
Non mihi Penelopes studium, non iactet amorem,
In laudes semper Græcia prona suas.
Nec tibi præstiterit regi despensa Pheræo,
Viua maritali quæ tumulata rogo est.
Hactenus est series rerum libata tuarum,
Qua potè luce fuit, qua breuitate potè.
Sed breuius dicam Reginæ Epicedion Annæ,
Virtutum est isto sub tumulo cumulus.
Vos autem extinctæ postremos reddite honores,
Grataq; legitimis soluite iusta modis.

LEGATIONES D. SIGISMUNDI
LIBERI BARONIS IN HER.
BERSTAIN, ETC.

Occasus, mediusque dies, septentrio, et ortus

Sunt peragrata solo, sunt peragrata salo.

Principibus mandata fero dum maxima regum,

Vectus equo, rheda, siue rota, atque rate.

Luduicum ad regem misso, Solymumque tyrannum

Perlustrata rota est, Pannonia, atque rate.

Cæsar is orator ad regem Maximiliani

In Daniam celeri sum quoque vectus equo.

Austriacæ missu regionis per mare lœvum

Hesperiæ mihi sunt regna petita rate.

Sauromatas eadem vexit me rheda ad utrosque

Per niue conspersas inuiolata vias.

I. L. Brassicanus.

Elisabeth, Maximilian, Anna, Ferdinandus, Maria, Magdalena, Katharina, Eleonora, Margareta, Ioannes, Barbara, Carolus, Ursula, Elena, Joanna.
 Sigis. z. Pol. Archidux Alberti D. Archidux Guilhelmi
 Regis Mag. Austriae. Bauariae. austriæ. D. Iuliacé.
 D. Lithuan. & Clivé.

| | | | | |
|--|-----------------------------------|----------------|----------------------------|-------------|
| Isabella, Sophia, Anna, Katharina, Hedwigis, Sigismundus | Ludouic ⁹ , Anna Ferdi | Carolusy. Ro. | Ferdinand ⁹ Ro. | Ioánes mag. |
| Ioannis Ioachimi z. Pol. Rex, | Hungariæ nádi Rom. | Imp. Hispania- | Hung. & Boh. | Dux Mos- |
| Regis Electoris mag. Dux | & Bohe. Hú. et Boh. | rū Rex. | Rex Archidux | coviae. |
| Hung. Bráde. Lithuan. | Rex. Regis &c. | | Austriæ. | |

| | | | | |
|---|----------------------------------|---|---------------|------------------------------|
| Ioáies Al- Alexander Fridericus | Casimirus Sigismudus Vladislavus | Hedwigis Sophia Fride Anna Bo- Barbara Ge- | Elisabeth Fri | Philipp ⁹ R. His- |
| bertus R. Pol. rex m. Cardina- Canoqisa | mag. dux & Bohe | Georgij rici marchio. guslai du. orgij d. Sa- | dericidu. Li- | pā. Archid. Aust. |
| Pol. mag. D. Lithu. lis | Lith. mag. dux | Bauariae Branden. Pomera xoniæ | gnicen. | dux Burgūd. |
| D. Lith. | Lith. mæ. | ducis. | | |

| | |
|---|---|
| Ladislaus Rex Húgariæ et Bo- hem. Archidux Austriæ. | Casimirus Rex Poloniæ mag. dux Lithuan. |
| | Elisabeth. |

| | |
|---|--|
| Elisabeth Alber- ti Ro. Hung. & Boh. regis, Ar- chid. Aust. | Iagello idé Vla- dislaus rex Pol. mag. dux Li- thuaniae. |
| | Olgird magnus dux Lithuan. |

| | |
|------------------|---------|
| Carolus III. Ro. | Gedemin |
| Imp. Boh. rex. | Magnus |

| | |
|-----------------------|-----------------|
| Ioannes rex Bohemiae. | Dux Lithuaniae. |
|-----------------------|-----------------|

| | |
|-------------------|---|
| Henricus VII. Ro. | Sigismundus Liber Baro in Herberstein, Neipperg, & Guttenhag, |
| Imp. D. Lucemb. | Doctori Ioanni Ludouico Brassicano, compatri suo. |

Hanc tibi Arborem ex opacis Moscoviae, Lithuaniae, & Poloniæ sylvis affero,
 ut fructus quos Christiano orbi protulerit tu in lucem producas.

| | |
|---|--|
| Philip ⁹ R. His- pā. Archid. Aust. | Maximilian ⁹ E. R. Imp. Archid. Aust. |
| dux Burgūd. | |


| | |
|--|--------------------------------|
| | Frideric ⁹ III. Ro. |
| | Imp. Archid. Au |


| | |
|--|--------------------------------|
| | Anastasia Va- silij m. d. M. |
| | Ciburgis Arnesti Archid. Aust. |


| | |
|--|---------------------------------|
| | Vitoldus m. dux Lith. |
| | Alexádra Semo- uiti d. Masouix. |


| | |
|--|-----------------------------|
| | Kestud mag. dux Lithuaniae. |
|--|-----------------------------|


C
P
L
C
A
S











vanes. In hoc ih̄su nō pōt esse vi de impatiū sc̄de cōingatiōis. q̄i impatiū sc̄de cōingatiōis desinit in e. p̄ vnu. sed hic de corripitur. et binc cōpo. Dūmido dīs.

Vidua. ydus rei yduas. cōpo. cū vir. et dī hec vidua due. q̄si viridua. i. a viro viduato. i. diuisa p̄ prie q̄dē vidua dī. que cū vir dīu fuit. nec circa cōsortiū alterius viri p̄ morte p̄mi cōingis adhesit. nā que alte ripost morte p̄oris viri nupserit vidua nō erit. q̄ ante dī vidua. q̄si viro dīu cōsueta ety. est et inde viduas dīa. dūu. et viduo as. i. viduā reddere. q̄dō fit cum q̄s virū alicuius occidit. vñ viduata. tū. et dīf mulier viduata. desolata. viro nudata. Et scias q̄ cū viduata nubat nō benedicunt in ecclia tales nuptie. Causā autē hūmis habes in bigamus.

Vico es. eui. etū. i. vincere. ligare. r̄ cōpo. avi. r̄ eo is. qdō vltorius cōpo. Auteo es. i. alligare. valde ligare. et est neu. vico solo defectu. Nā fm̄ vsus. nō habz p̄teri tū nec sup. vñ ē defectiū ih̄bū. l̄z fm̄ artē exigat ratio viei. etū. a vico dī vietus ta. tū. i. curuus et q̄si ligat̄ vel vietus via totus euacuatus. vel vīer̄ dī a via. i. te bilis in via. incurvatus. infractus eūdo. Terē. in eunū. Hic ē vīer̄ vīetus veterosus senex.

Vetus in vico exponit.

Vigeo ges. gui. gere. i. esse in vigore. vel habē vigore posse viuere. valere. roboari. fortis eē. Et vī de scēde se a vico q̄i viridis et iuuenilis etas solet vigore con ferre. vñ vigen̄tis. ge. om. et dicūtur vigentes vītute pleni. floridi q̄si vīz agētes. et cor. vi. vñ vindocinē. Doctrine p̄ ē vsus. doctrina scolaris. Intercisa perit cōtinuata viget.

Viges. vel vicies adū. nume. i. viginti vicib. et dī a viginti. Apoca. ix. Viges milies tēna milia.

Vigil. a vigilo remota o. dī vigilis. com. ge. q̄ vel q̄ vigilat. et p̄ prie cā custodie. Vigil cōpo. quigilis. i. valde vigil. et cor. pnt. gti. et facit gtūs pluralis in u3. vigilū. quis ablativū desinat in e. et in i.

Vigilar. a vigilo las. dī vigilat cis. ge. om. ad vig lā dī patu. qui lepe vigilat et multū vigilare pōt. r̄ cor. penul. nti.

Vigilie. in vigiliū vide et in crepusculū.

Vigiliū. a vigi dī hoc vigiliū la. Et h̄ vigilia lie. i eo dē sensu s. vigilatio. vel ip̄i vigiles et hora vigilib. di stincta ad vigilādū. Vigilia etiā dī dies. pfest⁹. s. dies